



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 121. Maigrotus Turnonii Vicarius Generalis atque Episcopus Cononensis
in vincula coniectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.

A.C. 1706.

§. CXXI.

Maigrotus Turnonii Vicarius Generalis in vincula conjectus.

Die prima Julii Imperator pro more suo in Tartariam proficiscebatur comitantibus eum tribus Jesuitis PP. Pereyra, Antonio Barros, & F. Paterno Laico Chirurgo, qui insuperbito districto Turnonii interdicto, obsequium Beauvoilleri Imperatori obtulerunt. Hic ergo protinus per Mandatum Ciao præcepit, ut Maigrotus PP. Thomas, Perennius, Beauvoillerus Jesuitæ, & Ludovicus Appianus Guettius, & Angelita Turnonii Secretarius in Tartariam ex Urbe Pecenensi contenderent: Igitur una omnes sese die vigesima octava Julii itinerarum cingunt, pridie tamen Maigrotus Turnonio rursus protestabatur, non nisi vi adactum, & Regiis mandatis obsistendo imparem ad Imperatorem venire; sibi enim persuasissimum esse, quod hujus controversiæ decus non ad Principem gentilem, sed in solam sedem Apostolicam spectaret.

Vix Maigrotus advenerat, cum Imperatoris alloquium admittit, eorumque ram ejus throno genua flectere jubetur, declarante Imperatore, quod Te-

feu *Cælum* apud Sinenses idem sit, ac Sæc. XVII.
Deus apud Christianos, nec ritus & A. C. 1706.
 obsequia Confuccio, & defunctis Ma-
 joribus præstari solita legi Divinæ ad-
 versentur: postea ad Maigrotum conver-
 susdixit: *num tibi sensus idem est?* respon-
 dente autem eo, hanc decisionem Se-
 dis Apostolicæ judicio adversam esse,
 nec se posse in rebus fidem concernen-
 tibus ab ejus sententia recedere, tum
 convitiis, omnique contumeliarum ge-
 nere a Mandarinis affectus est, ac postea
 in vincula conjectus, demum velut idiota,
 eo quod coram Imperatore de rebus fidei
 disputare subterfugisset, regio edicto
 declaratus, Mense Decembri e Sinarum
 Imperio unacum Joanne Mezafalce
 Apostolico Provinciæ *Ca-Kiang* Vica-
 rio, & Guettio alapis, verberibus,
 calcibus innumerisque injuriis per de-
 cem dies excruciato exulare jussus est:
 duo vero Christiani, qui Turnonio a
 secretis fuisse accusabantur, necnon
 Joannes Sacerdos, quem Patriarcha
 pro erudiendis in Christiana doctrina
 pueris nominaverat, quadraginta fu-
 stium ictibus tundebantur, postea in
 Luxotungi Provinciam relegati, ac de-
 nique Appianius sub obtentu, quod
 Succiveniam Provinciam turbasset,
 sædo carceri inclusus est, etsi ipsimet
 Mandarinis datis ad Imperatorem literis
 Hh 2 testati

Sæc. XVII testati fuissent, quod hic Missionarius
 A. C. 1706. nullas turbas concitasset, nec unquam
 ex hac Provincia ejectus fuisset: Hæc
 supplicia decernebantur, promulgata
 Imperatoris edicto, quod mox reser-
 remus.

§. CXXII.

Turnonii epistola ad Maigrotum.

Fatinell. l. c. Postquam Turnonius ab Aula die
 gesima tertia Augusti Cantone-
 juxta Imperatoris mandatum profectus
 paraverat, prius ab eodem amplius
 cunctas Missiones lustrandi veniam de-
 tinuit, qua tamen postmodum revo-
 cata, nonnisi in itinere obvias visitas
 permixtus est: Nondum ad Cantone-
 sem urbem appulerat, cum Maigrotum
 Episcopum acerbissimis vexationibus
 contumeliis atque injuriis affectum
 insuper vinculis adstrictum atque
 Imperio exulare jussum comperisset
 quapropter die sexta Octobris ex
 Lin-Chin ad eundem tanquam laboran-
 tum & passionum socium, atque
 resignatum has dedit literas:

„Inter navigationis otia mente
 „pius revolvens ea, quæ posterioribus
 „Mensibus ante meum discessum isthinc
 „præter expectationem contigerant
 „nescio an doloris vel gratulationis